

sequitur in integrum restitutionem, per que verba profus excluditur conjuncti sine mandato; nam quando ut tales, causas agunt, non veniunt ex tacita, aut expressa ipsorum voluntate, quamquam contra voluntatem domini agere nequeant, l. Pomponius 40. §. in his autem, ff. de procurat. Golin. ubi proxime, num. 12. Castrenf. in l. non solum, §. qui alieno, ff. cod. titul. Hyppol. dict. sing. 228. num. 2. nam si ita foret, a lmitterentur nomine procuratorio, si quidem procurator est, quia aliena negotia domino volente gerit, l. 1. ff. de procurat. Golin. part. 1. cap. 1. n. 9. Paz in prax. dict. annot. 4. num. 1. August. Barbof. in collectan. ad rubric. C. de procurator. & sufficit tacita voluntas, seu præsumpta, l. si remunerandi 6 §. si passus ff. mand. l. vel universorum 12. ff. de pignor. act. l. semper 61. ff. de reg. jur. Consanguinei autem non audiuntur ut procuratores, Balb. decis. 415. Cavalean. decis. 24. Rebus. in tract. nominat. q. 14. num. 106. Golin. part. 3. cap. 2. num. 38. Gratian. discept. cap. 573. n. 48. Cavalean. decis. 24. de judic. Tepat. variat. tit. 89. cap. 2. vers. Quintus. Unde cum in dict. l. patri, doceatur, non esse conjunctos audiendos, nisi habeant adolescentis voluntatem, manifestè colligitur, eos sine mandato repellendos, nam quoties ita accedunt, voluntatem non habent ex dictis, cum ergo mandatum sit opus, debet esse speciale, prout postulat ad petendum auxilium restitutionis, d. l. illud, 26. §. fin. ff. de minor. nam et si consanguineo permittatur agere ea, quæ cum generali mandato expediuntur, l. sed & hæ 35. ff. de procur. minime tamen concessum est, ut cum generali mandato possint exequi, quæ illud speciale desiderant, quod nullo jure cautum reperitur.

Verf. Superest tamen.

50 Quod in cap. constitutus, de in integr. restit. præcessit mandatum speciale fratris ad impetrandam in integrum restitutionem, sentiunt Mench. dict. cap. 23. num. 11. & 12. Caldas in dict. verb. Implorandum, num. 8. vers. Non etiam obstat, quæ vera videtur interpretatio; vel dici posset, fratres res habere communes, atque ideo intererat fratris, qui comparuit, alterum quoque restitui, quo casu mandatum non desiderari docuit Odd. d. quest. 31. art. 9. num. 38. facit d. l. patri, perpena ratione, cui Consulatus innititur, dum de patre loquitur; & quod tradit Golin. d. part. 3. cap. 2. num. 17. ubi ex alijs probat, posse conjunctum, etiam invito domino, agere, cum sua principaliter interest.

Ad Num. 6.

51 Intellectus iste ad d. cap. constitutus 8. de in integ. restituit. meriti rejicitur, tum quia communis resolutio est de jure communi, non posse litis consortem sine mandato alterius agere ante litis contestationem, de quo videndi sunt Felin. in cap. cum M. num. 8. de constitut. Ripa ibi, à n. 52. Socin. reg. 160. Bernard. Diaz, reg. 176. ubi Additio, Duen reg. 132. Padil. in l. error. num. 34. col. 3. C. de jur. & fact. ignor. Greg. Lop. in l. 10. gloss. 7. tit. 5. p. 3. Christoph. de Paz in l. 10. styli tit. 12. qui duo ultimi asserunt per d. l. 10. Partita, introductam esse, ut confors litis valeat ante litem contestatam in judicio experiri sine mandato. Tum etiam, quod ad ea, quæ mandatum requirunt speciale, confors litis non auditur sine illo: quod planè probatur in d. l. 10. Partita, ubi æquiparatur litis confors consanguineo, sed consanguinei non admittuntur ad expedienda, quæ speciale mandatum postulant, ut probavimus. Igitur nec confors litis.

52 Illud autem, quod D. Covarr. in fine hujus versiculi ait, posse scilicet defendi, consanguineum simul & consortem litis admittendum sine mandato ad postulandum beneficium restitutionis, verum videtur, si à Parte non opponatur; Greg. Lop. in l. 15. gloss. 2. tit. 5. p. 3. ubi docet, quod sine speciali mandato peti potest restitutio in integrum, si defectus non obijciatur ab adversario. Ex qua doctrina rectè inferitur, quod D. Covarr. probabile dixit, Hinc alius intellectus aptatur d. cap. constitutus, ubi ideo frater sine mandato admittitur, ut conjunctus, ac confors litis, quia Pars contraria defectum mandati non allegavit.

53 Quomodo cumque autem conjunctus sine mandato agere permittatur, non potest ad id alium substituere, Joan. Garc. reg. 21. quod ante litis contestationem procedit; nam post eam, bene alium suo nomine subrogabit; Golin. part. 3. c. 2. num. 23. Bald. in cap. Numius, num. 34. de procurator. Roman.

54 sing. 227. num. 4. & conf. 241. num. 10. Jas. in l. quod quis, num. 1. vers. Sepimo fallit, C. de procurator. Joan. de Grassis de substitut. procurat. verb. Procuratores, in tract. magn. Rota decis. 34. alias 677. Ratio est, nam cum ad substituentum procurator, antequam litem contestetur, debeat habere speciale madatum, capit. 1. §. 1. de procurat. in 6. leg. 19. titul. 5. part. 3. Vanni de nullitat. tit. ex defectu mand. numer. 109. Paz in praxi, annot. 4. numer. 5. Petr. Barbof. in comment. ad ordinam. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 48. §. 28. num. 2. Sord. decis. 195. num. 9. Grass. supra verb. Cum potestate substituendi, num. 1. Golin. part. 2. cap. 5. num. 65. Mozz. de contratib. tit. 4. ord. 4. ver. 77. Challan. in consuetudin. Burgund. rubric. 4. §. 1. num. 4. vers. Adverte quod potestas substituendi, id conjunctus facere nequibit, cui non licet, quæ speciale mandatum postulant, ut supra probavimus. Postquam autem procurator litem fuerit contestatus virtute generalis mandati, quia dominus litis effici dicitur, Seraphin. decis. 118. num. 2. Golin. part. 3. cap. 4. num. 38. Guid. Pap. decis. 119. alium suo loco jure constituit, ex præallegatis juribus, & l. si procuratorem, §. 1. ff. mand. l. neque 11. §. fin. de procurator. Goll. in cap. ex parte Decani, verb. Mandatum, de rescript. Gail. practicar. observat. lib. 1. observat. 72. num. 11. Menoch. de pres. lib. 2. pres. 38. num. 1. Myfinger. observat. 43. cent. 1. Petr. Barbof. in l. cum prætor, §. 1. n. 104. cum seqq. ff. de judic. quod & conjunctus facere non prohibetur. Alexand. tamen Trentacing. variat. resolut. lib. 2. resol. 3. tit. de procurator. num. 16. sentit, posse conjunctum etiam ante litem contestatam substituere; idem videtur Speculatori, tit. de procurator. §. ratione quoque constituentis, num. 9. Jacob. in l. 1. C. de procurator.

Verf. Non erit.

55 Quod Prælati, Tutor, Curator, & alie personæ similes administrationem alieni patrimonij habentes, possunt petere sine speciali mandato in integrum restitutionem, docent Greg. Lop. in d. l. 15. tit. 5. part. 3. gloss. 2. Odd. d. quest. 31. num. 33. Mauric. cap. 27. num. 3. cum sequentib. Menoch. conf. 936. d. numer. 4. nam illis, quibus à lege administratio committitur, eam liberam habere censetur, l. Præses 12. C. de transact. Alex. Trentacing. dict. tit. de procurator. resol. 1. per rotam, Guttier. de tutel. 1. p. cap. 1. num. 15. & part. 2. cap. 6. num. 2. Menoch. conf. 22. num. 14. Joan. Garc. de donat. remunerator. num. 23. Caldas in dict. l. si curatorem, verb. Sine curatore, num. 120. atque ideo omnia possunt peragere, quæ permittuntur illis, quibus à domino cum libera mandatum concessum est: sic propter calumniam jurare possunt, Petr. Gregor. syntagm. lib. 48. cap. 7. n. 4. Camil. Bottell. in summ. decis. tom. 1. tit. 51. de juram. calumn. num. 24. P. Suar. de Relig. tom. 2. tractat. de jurament. lib. 2. cap. 31. num. 3. Scaecia de judic. lib. 2. cap. 1. numer. 21. & 255. & alij plures apud Barbof. in collect. ad l. 2. §. 2. num. 6. C. de jur. propter calum.

Verf. Decimo adnotandum.

Ad defendendum illum, contra quem in integrum restitutio petitur, non est necesse speciale mandatum; Gregor. Lop. in dict. gloss. 2. Barbof. in collect. ad dict. l. unio. num. 3. C. etiam per procurat. qui Sforciam Oldum refert; Golin. p. 2. cap. 5. num. 22. in fine, Mozz. supra, tit. de mandat. vers. Venio ad quartum, à num. 12. ad 23.

AD CAPUT. VII.

De hypotheca cum pralatione, quæ uxori pro dote competit.

SUMMARIUM.

- 1 Qui de dote, ejusque privilegii differerunt.
2 Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote.
3 Etiam si matrimonium verum non sit, modo mulieris bona fide fuerit contractum.
4 In matrimonio putativo mulier agit ad dotem conditione sine causa cum hypotheca.
5 Sponsa de futuro gaudet hypotheca pro eo, quod in dotem futuram præstitit.

6 Mulier

- 6 Mulier habet hypothecam pro dote in bonis sacerdoti.
7 Et in bonis fidejussorum mariti.
8 Quando permissum est fidejussores pro dotibus à marito accipere.
9 Bona minoris immobilia sine decreto hypotheca dotali subjiciuntur.
10 Non prodest viro protestatio, quod non vult bona sua pro dote obligare.
11 Pactum, quo mulier hypotheca dotali renunciat, est nullum.
12 Quid si firmetur juramento.
13 Hæretica non habet hypothecam pro dote.
14 Quid de Hebræa muliere.
15 A quo tempore incipiat pro dote tacita hypotheca.
16 Hypotheca jus transit in quemcumque mulieris successorem.
17 Viro competit hypotheca pro dote promissa tam in bonis uxoris, quam alterius promissoris.
18 Non habet pralationis privilegium.
19 Protestatio non liberat ab hujusmodi hypotheca promissorem, nisi maritus consentiat.
20 Pro bonis paraphernalibus competit tacita hypotheca sine pralatione.
21 Hujusmodi hypotheca tacita extinguitur per expressam.
22 Bona paraphernalia qua sunt.
23 Pro donatione propter nuptias datur tacita hypotheca sine pralatione.
24 Quando mulieri concedatur privilegium pralationis pro donatione propter nuptias.
25 Pro augmento dotis mulier gaudet hypotheca cum pralatione.
26 Quando vir auget dotem, augmentum habet hypothecam sine pralatione.
27 Hypotheca pro dotis augmento incipit, à quo illud promissum, vel traditum est.
28 Mulieri datur hypotheca pro alimentis sibi debitis, constante matrimonio a die dotis constituta.
29 Item pro alimentis præstandis intra annum à morte viri, dum dos non restitueretur.
30 An propter expressam hypothecam non competat tacita dotalis?
31 Mulier præfertur anterioribus creditoribus viri tacita hypotheca munitis, nisi pariter fuerint privilegiati.
32 Dos legata nullis defuncti creditoribus antefertur, imò omnibus postponitur.
33 Legata, quantumcumque privilegiata, nisi omni ære alieno persoluto, non debentur.
34 Sponsa de futuro adiutrix uxoris præfertur anterioribus creditoribus.
35 Expressa hypotheca mulieri non tollit jus pralationis, licet tacita cesset.
36 Privilegium pralationis non transit, nisi ad descendentes ex eo matrimonio, ad quod dos datur.
37 Cessionarius mulieris pralatione pro dote gaudet, quando habet regressum contra mulierem.
38 Mulier non præfertur anterioribus viri creditoribus cum expressa hypotheca.
39 Procedit etiam quoad bona quæstia post dotem constitutam, & traditam.
40 Mulier præfertur omnibus creditoribus pro rebus dotalibus, si extant, eisi æstimata data fuerint.
41 Idem de dote putativa dicendum est.
42 Hypotheca tacita mulieris expressa posteriori præfertur.
43 Hypotheca tacita regulariter posteriore expressa potior habetur.
44 Mulier cum expressa hypotheca non præfertur prioribus creditoribus similem habentibus.
45 Limitatur, quando res dotalis, etiam æstimata, extant in viri bonis.
46 Mutuus ad certam rem emendam cum expressa hypotheca, præfertur in ea anterioribus creditoribus simili munitis.
47 Quid si dos anterior cum creditore sic mutuante concurrat.
48 Mutuus in casu præmissi præfertur dote posteriori.
49 Mutuus ad rei emptionem, an eam habeat tacite obligatam?
50 Assertiva sententia defenditur, Faria ad Covarruviam

- 51 Explicatur l. quamvis 17. ff. de pignorib.
52 Respondetur ad l. licet 7. C. qui potiores.
53 Vendens habita fide de pretio, hypotheca in re vendita non gaudet.
54 Mutuus ad emptionem rei cum usuris nullam obtrinet hypothecam.
55 Mutuus cum usuris non habet privilegium d. l. licet.
56 Deponens, qui ex deposita pecunia recepit usuras, amittit privilegium actionis depositi.
57 Regula l. de accessionibus, ff. de divers. & temp. præscript. frequenter in hypothecis fallit.
58 Nec procedit, ubi datur diversa vincendi ratio.
59 Mulier pro dote, & mutuum ad restitutionem rei in ipsa, qui tractant.
60 Dos confessata an gaudeat dotalibus privilegiis? qui tractant.
61 Confessio dotis recepta, matrimonio constante, an donationis causa facta præsumatur?
62 Defenditur opinio assertiva.
63 Inter personas conjunctas præsumuntur donationis fraudulentiæ.
64 Qui donat propria conjugi, non delinquit.
65 Donatio inter virum, & uxorem juramento formatur.
66 Juramentum vinculum iniquitatis non est.
67 Donatio ob conjugalem affectionem præsumitur.
68 Explicatur titulus, C. de dot. caut. non numer.
69 Respondetur juribus contra adductis.
70 In dubio præsumendum est, actum exerceri licitum, & non verum.
71 Una præsumptio alia fortiori tollitur.
72 Fæminarum genus avariissimum.
73 Donatio non præsumitur nisi inter personas conjunctas, nò conjuges.
74 Donatio inter virum, & uxorem, cur prohibeatur?
75 Dos confessata non gaudet privilegiis dotis numerata.
76 Dos confessata non est proprie dos.
77 Confessio dotis recepta, facta donationis causa, potest à marito tacite, vel expresse revocari.
78 Indiget insinuatione, & regulis omnibus donationis subjicitur.
79 Jus apponendi, quod confessio viri fuit donationis causa, durat post tempora exceptionis dotis non soluta.
80 Confessio donationis causa emissã utrum firmetur juramento? refertur Negativa.
81 Actus simulatus non firmatur juramento.
82 Traditur sententia, qua affirmat, confessionem juramento firmari.
83 Vera sententia distinguens explicatur.
84 Simulatio sine fraude esse non potest.
85 Confessio emissã, matrimonio constante, facta præsumitur donandi animo, licet maritus exceptioni dotis non soluta renunciet.
86 Præsumpta donatio inter conjuges ex confessione dotis recepta firmatur juramento.
87 Qui vult antecedens, vult & consequens, quod ex illo sequitur necessario.
88 Dne specialitates quando circa eandem rem possunt concurrere.
89 Intra qua tempora exceptio dotis non numerata potest opponi.
90 Post lapsum temporis ad opponendam dotis non tradita exceptionem, confessata dos præsumitur numerata, & gaudet privilegiis vera dotis.
91 Maritus, qui in confessione renunciavit exceptioni dotis non tradita, an eam possit obijcere?
92 Quid si cum juramento renuncietur.
93 Quid jure Regio.
94 Quid jure Lusitano.
95 Maritus, vel ejus successor, etiam post præteritum tempus ad opponendam exceptionem dotis non tradita, admittitur ad probandam, dotem non fuisse solutam.
96 Maritus jurans, dotem recepisse, non potest opponere de dote non tradita.
97 Jurans pecuniam recepisse, non jurat exceptione non numerata pecunia.
98 Quid si in se assumat onus probatis.

D 3

99 Mari

- 99 Maritus, qui juravit, se dotem restituendum, potest uti exceptione dotis non solute.
- 100 Promittens cum juramento non opponere exceptionem dotis non tradita, eam nequit proponere.
- 101 Confessio dotis recepta facta quocumque tempore probat numerationem, si processit promissio.
- 102 Debet constare de promissione per instrumentum distinctum ab eo, in quo fit confessio.
- 103 Geminata confessio non excludit exceptionem dotis non solute.
- 104 Conciliatio in l. contractibus, §. sed quoniam, C. de non num. pec. cum l. fin. C. de dot. caut. remissive.
- 105 Si ultra confessionem concurrant conjectura, dos confessata pro numerata habetur.
- 106 Exhibitio divina alimentorum an sit conjectura, quod dos fuit numerata?
- 107 Singula que non profunt, multa collecta juvant.
- 108 Accedente uno teste de traditione deponente, confessio viri probat dotis solutionem.
- 109 Confessio emissa in favorem Tertij probat numerationem dotis.
- 110 Virum eo casu locus sit exceptioni dotis non tradita?
- 111 Confessio dotis recepta facta virtute cessionis mulieris de eo, quod sibi debebatur, pro numeratione est, & an vir retrocedendo actionem liberetur?
- 112 Creditores, qui contraxerunt cum viro post promissionem, & ante traditionem dotis, utrum mulieri præferantur?
- 113 Confessio recepta dotis ante matrimonium, donationis gratia facta non præsumitur.
- 114 Idem est, si tempore contractus, vel postea ante matrimonium consummatum fiat.
- 115 Quando confessio dotis recepta nocet viri creditoribus? remissive.
- 116 Exceptio dotis non numerata potest per creditores viri opponi, quandiu ipsi licet.
- 117 Non potest opponi per creditores post tempora præscripta, nisi propter ignorantiam restituatur.
- 118 An renunciatio exceptionis dotis non tradita noceat mariti creditoribus?
- 119 Ex ea renunciacione oritur presumptio donationis.
- 120 Utrum inter creditores, qui confessione mariti nituntur, dos confessata sit privilegiata? remissive.
- 121 Quando non urget presumptio donationis, aut fraudis adversus mariti confessionem, mulier pro dote confessata præferatur futuris creditoribus.
- 122 Mulier habet tacitam hypothecam pro dote confessata, cessante donationis, aut fraudis suspicione.
- 123 Præferatur omnibus chirographariis creditoribus.
- 124 Creditores hypothecarii potiores sunt chirographariis anterioribus.
- 125 Licet mariti creditoribus objicere exceptionem dotis non tradita, licet confessio fuerit ante matrimonium emissa.
- 126 Mulier quoties nequit quantitatem dotis habere ex bonis viri, revertitur ad res, quas dedit in dotem, etiam estimatas, in quibus omnibus creditoribus antepositur.
- 127 Eas auferit tertio possessori, etsi alienationi ipsa consenserit.

**A**D intelligentiam eorum, quæ præsens caput complectitur, maxime, ultra alios infra referendos, oportet videre Mer. de pignor. lib. 3. tit. 1. q. 5. & q. 23. & tit. 2. per totum, Guttier. de juram. confirmat. part. 1. cap. 46. Ant. Gom. in l. 50. Taur. à num. 37. Cevall. tom. 1. q. 744. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 117. num. 10. cum sequentibus, Novell. in tract. de dot. part. 6. à num. 1. Myhsing. cent. 3. observ. 3. vers. Primum, Negufant. de pignor. part. 2. memb. 4. per totum, Mantio. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 19. à principio, Castill. contrrov. lib. 3. cap. 4. Greg. Lop. in l. 17. gloss. 2. 3. tit. 11. part. 4. Petr. Barbol. in l. 1. part. 6. ff. solut. matr. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 28. Cancr. variar. part. 1. cap. 9. à princip. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 438. Alexandr. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 9. per totam.

Ad Num. 1.

Mulieri competit tacita hypotheca in bonis mariti pro sua dote recuperanda, l. 2. tit. 13. p. 5. docent Petr. Gregor. synagmat. jur. lib. 9. cap. 24. num. 2. Camil. Borrell. in summa. de-

cif. part. 1. tit. 5. num. 422. Bald. in l. unica, §. & ut plenius, num. 3. C. de rei uxor. action. ubi Alexand. in princip. Alberic. num. 11. vers. Dic tamen, Petr. Barbol. in l. 1. part. 3. num. 17. vers. Tertio, Flor. de Med. variar. lib. 1. q. 6. art. 3. numer. 3. Bolaños in commerc. terrestr. lib. 2. cap. 3. num. 26. Castill. num. 11. Molin. disp. 423. num. 6. Fachin. contrrov. lib. 12. cap. 34. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 50. num. 3. Rota apud Borat. decis. 844. num. 2. in recent. latè Merlin. dict. tit. 2. q. 43. Cancr. num. 1. Trentac. num. 1. Idem in matrimonio putativo bona fide mulieris celebrato. Gloss. in l. fin. verb. Licet anterioris, ad finem, C. qui potior. Gloss. in l. si cum dote 23. §. fin. verb. Actionem, ff. sol. matrim. Molin. dict. 438. num. 2. Trentacinq. num. 24. Negufant. num. 104. Roland. à Valle de lucr. dot. q. 97. num. 2. Bart. in l. si cum dote §. fin. ff. sol. matrim. Ant. Gom. num. 56. Barbol. in collect. ad l. si ignorans 3. n. 2. C. sol. matrim. Melin. cum pluribus q. 69. & est communis, etsi dissentiant aliqui. Quo casu mulier non agit actione de dote, sed conditione sine causa, cum illius privilegiis. l. 1. C. de condit. ob. caus. Ant. Gom. num. 55. Bart. in l. fin. ff. de condit. sine causa. D. Covarr. de matrim. part. 2. cap. 6 §. 8. num. 39. Similiter sponsa de futuro, si aliquid in dotem dederit, pro ejus repetitione agit hypothecaria, facit l. 2. §. fin. ff. de privil. credit. latè Merlin. dict. tit. 2. q. 70. Mantio. sup. dict. tit. 19. num. 22. 23. Valle, q. 106. n. 14. Angel. & Alberic. in d. l. 2. §. fin. etsi contrarium teneant Trentacinq. num. 21. vers. Secunda est opinio, cum aliis, Molin. num. 3. Cancr. num. 5. estque magis communis, quæ omnino placet, cum mulier impedimento fuerit, quo minus nuptiæ subsequantur.

Eandem hypothecam obtinet mulier in bonis fœceri, cum ille dotem accepit, vel filio accipienti consensit, Menoch. conf. 33. num. 20. Merlin. q. 48. Guttier. num. 34. Trentac. num. 30. Nec non in bonis defussorum: nam quamvis verum sit, eos à maritis pro dotium restitutione dari, l. 1. C. ne fidejussor. vel mand. dot. nonnunquam tamen id permittitur, ut post solutum conjugium, aut si vir vergat ad inopiam, vel in aliis casibus, cap. per vestras 7. de donat. inter. Merlin. q. 53. Ant. Gom. num. 26. & 37. vers. Item etiam, Fachin. contrrov. lib. 4. cap. 18. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 12. gloss. univ. Amatus tom. 2. resol. 91. D. Larrea. lib. 8. felestar. cap. fin. Guttier. dict. part. 1. cap. 21. Cevall. 1. tom. q. 258. Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 425. num. 1. 2. & d. disp. 438. n. 2. Contrahitur præfata hypotheca in bonis etiam immobilibus mariti minoris 25. annis sine decreto, aut alia solemnitate aliàs requisita in alienatione, aut hypotheca rerum earum, Anton. Gom. dict. num. 37. Molin. disp. 438. num. 2. Merlin. qui latè disputat, q. 83. Ant. de Fano de pignorib. part. 2. memb. 4. n. 73. Novell. p. 6. privileg. 58. Palac. Rub. in cap. per vestras, in rubric. §. 26 à num. 1. Cevall. commun. tom. 1. q. 132. Gregor. Lop. l. 23. gloss. 2. Neque prodest viro, si protestetur, se nolle sua bona pro dote obligari, Mantio. dict. tit. 19. num. 4. Merlin. q. 43. num. 17. & pactum, per quod mulier huic hypothecæ renunciaverit, etiam tempore dotis constituendæ, non subsistit, Greg. Lop. in dict. l. 23. gloss. 2. Negufant. d. memb. 4. num. 8. Fontanel. ubi proxime. claus. 7. gloss. 2. p. 11. num. 9. Palac. Rubios in dict. cap. per vestras, §. 14. num. 3. in 3. notab. meril. d. q. 43. num. 19. Guttier. in d. cap. 46. num. 11. cum seqq. ubi num. 13. docet talem renunciacionem juramento firmatam valere: quod & antea tenebat Bald. in l. etiam, num. 2. C. ad Velleian. Contra sensisse Rotam apud Bara. dec. 831. n. 1. refert Merl. qui in eadem residet sententia dict. q. 43. num. 18. quoniam mulier nequit facere deteriorem causam dotis suæ, quam publicè interest conservari, l. 2. ff. de jur. dot. Cyriac. pluribus laudatis tom. 2. contrrov. 295. num. 40. De quo tamen vide Mol. d. disp. 4. 8. in fin. per l. jubemus C. ad Velleianum, Petr. Barbol. in d. l. 1. p. 5. num. 99. in principio, quod præcedere poterit, nisi maritus solvendo non sit tempore renunciacionis, quia nullo modo tenebit renunciatio.

Hoc privilegium tacitæ hypothecæ mulieri hæreticæ non indulgetur; authent. item privilegium, C. de hæretic. Negufant. d. memb. 4. num. 68. Barri. in cap. gaudemus, de divorc. Palac. Rub. in cap. per vestras, in rubric. §. 35. à num. 3. Petr. Greg. synagmat. jur. lib. 33. cap. 8. num. 8. Farinac. de hæres. q. 189. synagmat. jur. lib. 33. cap. 8. num. 8. Farinac. de hæres. q. 189. num. 45. Rojas, sing. 214. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap.

cap. 43. num. 8. & alii apud Merlin. q. 81. Qui sequenti questione idem in muliere Judæa sentit, saltem cum adversus Catholicos agit; Mantio. dict. tit. 19. n. 33. Communis verò aliud habet, quia huic verba legis non conveniunt, l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. nec odiosa debent extendi, cap. odia, de reg. jur. in 6. cujus Authores refert Merlin. num. 1. ibidem. Sed prima opinio satis probatur in d. authentica, ex illius ratione ibi expressa, quia scilicet Catholicam non participant communionem, in d. ex verbis Justiniani in aube. de privileg. dot. hæret. mul. non prest. collar. 8. aperte constat, voluisse Imperatorem excludere ab hujusmodi beneficio omnes mulieres, quæ Catholicæ non sunt, eaque hæreticæ nuncupatur; quod patet in §. que igitur, ubi ita inquit: Quia & hoc privilegium, & tacitas hypothecæ, & omnia alia, que mulieribus omnibus in diversis privilegiis à nostris legibus data sunt; illis damus solis; quatenus his utantur, & fruantur, quæ diligentiam habent rectam; & adorandam nostram finem tenere ( Catholica dicimus; & Apostolica Ecclesia ) & participare in ejus salutari communionem. Quæ verba ita aperta sunt, ut nullam dubitandi rationem admittant; & hanc opinionem tuerentur Cardinal. Abbas; & Alexandrin. in d. cap. gaudemus.

Non conveniunt DD. circa tempus, à quo mulier hanc hypothecam incipiat obtinere. Alii volunt à die dotis traditæ, Gloss. in l. assiduis, verb. hypothecam, C. qui potior; Bald. ibi, num. 18. Specular. titul. de obligat. & solutio §. ante omnia, num. 49. vers. Sed pone contraxi matrimonium. Ant. Gom. in dict. l. 50. Taur. n. 38. Guttier. dict. cap. 46. num. 8. ubi licet opinionem contrariam fateatur communem, hanc amplectitur, ut approbatam l. Regia 17. tit. 11. p. 4. Bolaños d. cap. 3. num. 26. Molin. d. disp. 438. num. 10. Cujus sententiæ fundamenta adducit, ac refutat Merlin. q. 74. à num. 21. qui ex multis oppositum tuerit à n. 23. scilicet hypothecam oriri, ex quo dos est marito promissa, & sic tenent Cyriac. tom. 1. contrrovers. 71. num. 22. & com. 110. num. 8. Fulgos. conf. 216. Paris. conf. 102. num. 16. 17. vol. 3. Afini. de executione §. 7. cap. 105. num. 4. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 49. num. 15. Gratian. discept. forens. cap. 93. num. 3. Acosta. in tract. de retrotract. cap. 8. cap. 31. num. 1. Parlador. different. 124. n. 5. Cancr. d. cap. 9. num. 10. Boer. decis. 331. Trentac. n. 27. & num. 25. quid de expressa, de qua etiam Molin. ubi proxime; Negufant. num. 79. & lex Partita, qua motus est Guttier. non ita urget; siquidem ibi sermo est de dote tradita, quæ promissa non fuit, quod suadetur ex eo, quod sit comparatio de dote ad parapherna, quæ non deducuntur in pactum, nec promittuntur, sed traditione sola penes virum constituuntur.

Quæ sententia ita est intelligenda, ut si dos promissa fuerit ante matrimonium, hypotheca non comperat, nisi à die initi conjugii, Trentacinq. dict. resol. 9. num. 25. Negufant. dict. memb. 4. num. 79. Novell. sup. part. 10. num. 38. vers. Et ex illa, Barbol. part. 3. num. 34. vers. Postremo, Gait. de credit. cap. 4. in appendic. num. 213. in fine, Griv. l. decis. 67. unde qui cum expressa hypotheca contraxerunt: cum viro post promissionem, & ante matrimonium contractum, potiores erunt. Ratio est: quia dos esse non potest sine matrimonio, l. 3. ff. de jus dot. unde prius existere debet hoc, quam illa, quæ antequam sit, nullum habere potest hypothecæ privilegium, cum non entis nullæ sint qualitates, l. ejus qui in provincia 41. ff. si cert. petat. de quo Merlin. dict. q. 74. à num. 7. ubi plures. Quod tamen sine controversia non est.

Quod jus transfert mulier in quemcumque successorem, sive univ. salem, sive particularem, quia non persona, sed actio concessum est; Olea de cession. jur. tit. 6. q. 2. num. 12. Roderic. de concurs. 1. part. art. 1. num. 16. 17. Valenquel. conf. 15. num. 33. Schifordeguer. lib. 3. tract. 23. q. 22. Merlin. q. 47. num. 18. Molin. num. 4. Mantio. dict. titul. 19. n. 7. 8. Barbol. part. 3. num. 30. vers. Præterea. Novell. part. 12. n. 6. 7. Carthar. decis. 124. num. 6.

E converso, maritus utique obtinet tacitam hypothecam pro dote sibi promissa, tam in bonis ipsius mulieris, quam alterius cujuslibet, qui illam constituit, dict. l. unica, §. & ut plenius, l. 23. titul. 13. part. 5. Castill. dict. cap. 4. numero 2. Flor. de Mena dict. q. 6. art. 3. num. 7. Mantio. dict. titul. 19. numero 1. Negufant. num. 25. Surd. d. titul. 8. privileg. 5.

num. 3. Merlin. dict. q. 43. num. 8. Negufant. dict. memb. 4. num. 25. Bolaños ubi supra 2. Guttier. dict. cap. 46. in princip. Ant. Gom. dict. num. 7. vers. Item etiam. Non tam gaudeat beneficio prælationis, quo mulier, ex dict. assiduis, utitur; Castill. num. 3. Mantio. dict. titul. 19. num. 1. Gregor. Lop. in dict. l. 23. gloss. 1. B. in decis. 328. nu. 3. Bolaños dict. lib. 2. commerc. terrestr. cap. 12. num. 3. Nec talis promissor hypothecam evitat, protestando, nolle sua bona pro dote obligati, nisi maritus consentiat; Petr. Barbol. in d. l. 1. p. 3. num. 27. ff. sol. matrim.

Nedum pro dote, sed & pro bonis paraphernalibus tacita hypotheca mulieri tribuitur, non tamen cum prælatione; Merl. q. 54. num. 3. 6. Gut. d. cap. 46. num. 2. Gait. de credito, in appendic. cap. 8. n. 115. Ant. Gom. d. l. 50. n. 40. Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 441. num. 1. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 117. nu. 11. Cancr. variar. p. 1. cap. 9. n. 17. Bolaños d. cap. 3. n. 26. & d. cap. 12. n. 32. Negufant. d. memb. 4. nu. 63. Urfill. ad Arlic. decis. 44. nu. 6. Anton. Fab. in Cod. titul. de pact. convent. definit. 3. libr. 5. Trentacinq. dict. resolut. 9. nu. 23. Quæ tacita hypotheca cessat, si expressè maritus bona obligaverit omnia, vel aliqua, l. fin. C. de pactis conventi. ubi notatur communiter. Suor autem paraphernalia bona, quæ maritus extra dotem uxoris ( cujus sunt propria ) consensu tacito, vel expresso administrat, Merlin. dict. q. 54. nu. 1. Gregor. Lop. in dict. l. 17. tit. 11. part. 4. Menoch. conf. 56. n. 1. cum sequentib. Surd. de aliment. tit. 1. q. 33. n. 16. Guttier. & alii proxime laudati. Quid in donationibus propter nuptias? docent Castill. n. 41. Gratian. discept. cap. 33. n. 15. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 7. num. 15.

Verl. Eodem pacto est accipiendum.

Pro rebus donatis propter nuptias mulieri competit tacita hypotheca, non verò prælationis privilegium, Negufant. d. memb. 4. nu. 64. Jafon. in §. fuerat antea, nu. 40. Inst. de actionib. Myhsing. ibi, n. 21. Alciac. in cap. cum contingat. nu. 18. de jurejur. Merlin. q. 55. nu. 13. Barbol. in d. l. 1. part. 6. nu. 16. Bolaños d. cap. 3. nu. 27. & d. cap. 12. nu. 32. Ant. Gom. in dict. l. 50. n. 41. Gregor. Lop. in d. l. 23. gloss. 2. in fine, Cancr. nu. 16. Castill. d. n. 31. Quod limitat n. 39. si remuneratoria fuerit, cui etiam erit prælationis privilegium. Sed si mulier agat, non ut donationem lucraretur, sed ut ea servetur, tum pro securitate dotis, tum ad onera matrimonii supportanda, prælationis privilegio frui poterit, sicut D. Covarr. videtur; cui consentiunt Merlin. n. 4. Barbol. in d. l. 1. part. 4. n. 31. Amat. Roderic. in tract. de concurs. & privil. credit. part. 1. art. 1. n. 21. Idem est quoad arrhas, l. 29. tit. 13. part. 5. Castill. num. 34. Guttier. pract. lib. 2. quest. 17. num. 5. Ant. Gom. num. 41. qui ampliat ad sponsalitiæ largitatem, & lucra matrimonialia, pro quibus mulier habet hypothecam sine prælatione. Quod ultimum, negat cum alijs Mena sup. num. 3. & meritò.

Habet etiam mulier tacitam hypothecam cum omni privilegio, pro dotis augmento, Merl. quest. 50. apud quem plurimi Cancr. nu. 4. Casanat. conf. 54. à nu. 34. Trentacinq. nu. 22. Roland. quest. 100. nu. 6. Novell. in d. l. 1. num. 46. ff. sol. matrim. Menoch. conf. 4. 3. nu. 6. & de presumption. lib. 3. præf. 29. num. 78. & præsumpt. 45. nu. 16. Barbol. in rubrica, p. 3. nu. 65. propè finem, ff. solut. matrim. Flores de Mena, variar. lib. 1. cap. 6. art. 3. num. 10.

Quod debet intelligi, quando mulier ipsa suam dotem auget; sed cum vir aliquid in dotis incrementum vxori confert, bene datur pro eo hypotheca: at jus prælationis denegatur; Cancr. sup. Negufant. dict. memb. 4. nu. 46. in fine, Fulgos. conf. 92. Natta conf. 253. nu. 7. Rota decis. 246. nu. 3. part. 2. in recent. Merlin. nu. 10. Cyriac. tom. 1. contrrov. 95. nu. 10. & 11. & talis hypotheca non trahitur retro ad tempus, quo dos principalis fuit constituta; sed incipit à die promissi augmenti, vel traditi, si non præcesserit promissio; ex quo apparet, aliam esse hypothecam dotis principalis, & aliam augmenti; Merlin. nu. 15. 16. Neguf. sup.

Controvertitur, num pro alimentis uxori debitis ex sua dote, matrimonio constante, habeat in bonis viri tacitam hypothecam; & affirmativè magis communiter responsum est; quin etiam prælationis jure jure jure mulier, non ex quo cessat.